

SECRETÁ

Débitum tibi, Dómine, nostrae réddimus servitútis, supplíciter exorántes: ut, suffrágiis beáti Ioseph, Sponsi Genitrícis Fílii tui Iesu Christi Dómini nostri, in nobis tua múnera tueáris, ob cuius venerándam festivitátem laudis tibi hóstias immolámus. Per eúmdem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

Ti rendiamo, o Signore, il doveroso omaggio della nostra sudditanza, prengandoTi supplichevolmente, di custodire in noi i tuoi doni per intercessione del beato Giuseppe, Sposo della Madre del Figlio Tuo Gesù Cristo, nostro Signore, nella cui veneranda solennità Ti presentiamo appunto queste ostie di lode. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. Amen.

PREFAZIO DI SAN GIUSEPPE: *Et te in festivitáte*

COMMÚNIO

Matth. 1, 20 - Ioseph, fili David, noli timére accíperere Mariám cóniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est.

Matteo 1, 20 - Giuseppe, figlio di Davide, non temere di prendere Maria come tua sposa: poiché quel che è nato in lei è opera dello Spirito Santo.

POSTCOMMÚNIO

Adesto nobis, quaesumus, misericors Deus: et, intercedente pro nobis beato Ioseph Confessore, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

Assistici, Te ne preghiamo, O Dio misericordioso: e, intercedendo per noi il beato Giuseppe Confessore, propizio custodisci in noi i tuoi doni. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. Amen.

Inter Multiplices Una Vox

Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana

C. P. 3218, UDR Marsigli, 22, 10141 Torino

tel: 011-972.23.21 - fax: 011-550.18.15 - c/c postale n° 27934108

Indirizzo internet: www.unavox.it - Indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

Torino 2006 - Pro manuscripto

MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a.D. 1962 promulgatum

San Giuseppe, Sposo della B. V. Maria, Confessore e Patrono della Chiesa Universale

INTRÓITUS

Ps. 91, 13-14 - Iustus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri.

Ps. 91, 2 Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime. V/. Glória Patri...

Ps. 91, 13-14 - Iustus ut palma florébit...

Sal. 91, 13-14 - Il giusto fiorisce come palma, cresce come cedro del Libano: piantato nella casa del Signore: negli atrii della casa del nostro Dio.

Sal. 91, 2 - É bello lodarTi, o Signore: e inneggiare al tuo nome, o Altissimo. Gloria al Padre...

Sal. 91, 13-14 - Il giusto fiorisce come palma...

ORÁTIO

Sanctíssimae Genitrícis tuae Sponsi, quaesumus, Dómine, méritis adiuvémur: ut, quod possibilis nostra non óbtinet, eius nobis intercessióne donétur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

M. - Amen.

Ti preghiamo, o Signore, fa che, aiutati dai meriti dello Sposo della Tua Santissima Madre, ciò che da noi non possiamo ottenere ci sia concesso per la sua intercessione. Tu, che sei Dio, e vivi e regni con Dio Padre, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. - Amen.

EPISTOLA

Lectio libri **Sapiéntiae**. *Eccli.* 45, 1-6

Diléctus Deo et homínibus, cuius memória in benedictióne est. Símilem illum fecit in glória sanctorum, et magnificávit eum in timóre inimicórum, et in verbis suis monstra placávit. Glorificávit illum in conspéctu regum, et iussit illi coram pópulo suo, et osténdit illi glóriam suam. In fide et lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, et elégit eum ex omni carne. Audívit enim eum, et vocem ipsíus, et indúxit illum in nubem. Et dedit illi coram praecépta, et legem vitae et disciplínae.

M. - Deo grátias.

Lettura del libro della **Sapienza**. *Eccl.* 45, 1-6

Fu caro a Dio e agli uomini, la sua memoria è in benedizione. Il Signore lo fece simile ai Santi nella gloria e lo rese grande e terribile ai nemici: e con la sua parola fece cessare le piaghe. Lo glorificò al cospetto del re e gli diede i comandamenti per il suo popolo, e gli fece vedere la sua gloria. Per la sua fede e la sua mansuetudine lo consacrò e lo elesse tra tutti i mortali. Dio infatti ascoltò la sua voce e lo fece entrare nella nuvola. Faccia a faccia gli diede i precetti e la legge della vita e della scienza.

M. - Deo grátias.

GRADUALE

Ps. 20, 4-5 - Dómine, praevenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite eius corónam de lápide pretiósio.

- Vitam pétiit a te et ribuísti ei longitúdinem diérum in saéculum saéculi.

Sal. 20, 4-5 - O Signore, lo hai prevenuto con fauste benedizioni: gli ponesti sul capo una corona di pietre preziose.

- Ti chiese vita e Tu gli concedesti la estensione dei giorni per i secoli dei secoli.

TRATTO

Ps. 111, 1-3 - Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

- Potens in terra erit semen eius: generátio rectorum benedicétur.

- Glória et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in saéculum saéculi.

Sal. 111, 1-3 - Beato l'uomo che teme il Signore: e mette ogni delizia nei suoi comandamenti.

- La sua progenie sarà potente in terra: sarà benedetta la generazione dei giusti.

- Gloria e ricchezza sono nella sua casa: e la sua giustizia dura in eterno.

EVANGÉLIUM

Sequéntia S. **Evangélii** secundum *Matthaéum*, 1, 18-21

Cum esset desponsáta mater Iesu María Ioseph, ántequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu Sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, et nollet eam tradúcere, vóluit occúlte dimíttere eam. Haec autem eo cogitánte, ecce Angelus Dómini appáruit in somnis ei, dicens: Ioseph, fili David, noli timére accípere Mariám cóniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spíritu Sancto est. Páriet autem fílium: et vocábis nomen eius Iesum: ipse enim salvum fáciét pópulum suum a peccátis eórum.

M. - Laus tibi Christe.

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Matteo*, 1, 18-21

Essendo Maria, la Madre di Gesù, sposata a Giuseppe, prima di abitare con lui fu trovata incinta, per virtù dello Spirito Santo. Ora, Giuseppe, suo marito, essendo giusto e non volendo esporla all'infamia, pensò di rimandarla segretamente. Mentre pensava questo, ecco apparirgli in sogno un Angelo del Signore, che gli disse: Giuseppe, figlio di Davide, non temere di prendere Maria come tua sposa: poiché quel che è nato in lei è opera dello Spirito Santo. Ella partorirà un figlio, cui porrai nome Gesù: perché egli libererà il suo popolo dai suoi peccati.

M. - Lode a Te, o Cristo.

ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

Ps. 88, 25 - Véritas mea, et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu eius..

Ps. 88, 25 - La mia fedeltà e la mia misericordia sono con lui: e nel mio nome sarà esaltata la sua potenza.